Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799 Seite 451

Quelle:
Copyright:

Dela bona Volumptate. Dela memoria deli beneficij de dio. Dela puritate delo Core. Delo Animo libero. Dela rectitudine delo spiritu. Dela Mente deuota. Dela inluminacione dela Mente. Initium C. I. *Dilectissima in christo ihesu Sorella se tu voy consequire et trouare quello che tu desideri* &c. Adjectae sunt *Tridici Ragion ad grande deuotione prouocatiue.* Item *Quindici perfectiune necessarii ala persona che vole seruire ad dio innela uita spirituale.* Atque ad harum calcem: *Anno domini M°. CCCC°. LXXXVII. Ind.* VI. (V.) *die XVI. mens. nouenber.*

VI. *fol.* 138. *Doctrina beati Bernardi.* Init: *Si plene uis assequi, quod intendis* &c. Inter Opuscula *Bernardo* subposita legitur Edit. *Maur. suprac.* T. V. *col.* 797. inscripta: *Brevia Documenta.*

VII. *fol.* 141. p. 2. *Yncipit quedam Vite religiose et norme nouiciorum.* Initium: *Reformamini in nouitate sensus uestri* &c. Inter Opera *Bonauenturae* Edit. *Lugd.* 1668. T. VII. p. 623. inscribitur *Regula Novitiorum.* Caput ibi ult. *de Silentio* transpositum est in Codice.

VIII. *fol.* 172. Putida illa *Lentuli* Procos. Relatio de Persona *Christi*, hic inscripta: *Quidam nomine lentulus dum esset in partibus iuda ut apparet in annalibus.* Adi *Fabricii Cod. Apocr. N. T.* p. 304. in cujus exemplo Servator *altam staturam* et capillum *vinei coloris*, in nostro vero *mediocrem*, et capillum colore *nucis auellane premature* habet. Haec nempe fabularum est conditio.

IX. *fol.* 173. *Incomenza la deuota operecta de sancto Bernardo abbate clarauallense chiamata specchio de monachj.* Initium: *Si alcuno desideruso de emendare la vita sua essendo sollicito* &c. Ad *Arnulfum de Boberiis* pertinet, et legitur inter *Bernardo* subposita T. *suprac. col.* 799. Totam hanc collectionem ad quoddam Virginum religiosarum Contubernium olim pertinuisse, credibile est.

CCLXII.

Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. nunc 66. 4. eleganter perscriptus, vocibus graecis recentius subpletis, Titulis Opusculorum, Initiis et Clausulis picturatis, sed foliis primoribus, quae certo certius *Mathiam Corvinum* loquebantur, mulctatus sequentes magni *Athanasii* Ep. *Alexandr.* a. 373. Superis additi Tractatus complectitur: I. *Librum* alterum, ut e calce praeoccupo, *contra impium Apolenarem de salutari epiphania Christi.* Mutilus est, ut dixi, evulso fortassis ad celandum furtum initio, ita, ut nunc incipiat a verbis: *inuisibiliter quidem dei intelligibilis et iure existentis. uisibiliter autem hominis palpabilis et existentis* &c. quae graecis: ἀορατως μεν θεȣ νοȣμενȣ και ὀντος ἀληθως, ὁρατως δε ἀνθρωπȣ ψηλαφωμενȣ και ὑπαρχοντος ἀληθως, n. 2. edit. Maur. *Paris.* 1698. T. I. P. 2. p. 941. f. respondent. Exactior hic Ver- U. 87